

Sit felix, sit faustus Honor, sit Gloria durans,  
Auxilio ut miseric semper adesse queas.

*Ex animo applaudit*

T H. Z VVINGERUS, Eloq. Prof.

V.

Festum, Pierides, promite barbiton,  
Pæonis Medico plaudite filio.  
Calcavit dubias continuo pede  
Phœbeæ Sophiæ magnanimus vias,  
Progressusq; jugum scandit Apollinus,  
Et sese medicos miscuit in choros.  
Ergo cum resonis clangite buccinis;  
Ergo lata sonent omnia cantica;  
Ergo tergeminis dicite vocibus,  
Illustris vigeat, profit ut omnibus.

Gratulabundus accinit

J. C. VVOLF, Professor Tigurinus.

VI.

Clarissimo atq; Literatisimo

D N. H A N H A R D O,

Supremos in Medicina Honores bene  
promerito.

Parnassus altus traditur  
Jugis duobus scandere;  
Phœbo jugum, Bromio jugum  
Antiquitas sacraverat.  
Frontes Eoo cardine  
Ab invicem sunt disstæ;  
Hanc sola virtus incolit,  
Istamq; scandit impia,  
Virilsq; turba dedita.  
Hæc celsa Musarum est domus,  
Hic fons sacer Castalius,  
Cænaculum hic Apollinis  
In quo suas artes docet,  
Usum medendi maximum,  
Et quæ salubris herba sit,  
Dat larga lætus munera.

Hanhardus hunc Parnassium Tandem caput Cœlestibus.

Gratulabundus deproperabat Tiguri

J. H. HOTTINGER, L. SS. Professor.

z. A.

VII.

Collem petens Apollinem  
Quarit, levaturus sitim  
De Fontis undis Delphici,  
Amore cuius captus est.  
Hanharde, pergestrenuo  
Gressu sacratum scandere  
Doctis dicatum verticem!  
In ejus est cacumine  
Apollo Divus, Lauream  
Flectit Tuis laboribus,  
Tua hæc ambabit tempora.

Cælo est cacumen proximum,  
Si scanderis sublimia  
Virtutis hæc subsellia,  
Post hæc honorum præmia.  
Tuum ingeres & Nubibus

Tandem caput Cœlestibus.